

Giovanni archipresbitero
e suo figlio Guglielmo.

XL 58

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Giovanni archipresbitero
e suo figlio Guglielmo.

XL 58

1185-07

Signum mee proprie manus Iohannes archipresbitero Kurizosimi. # Signum mee proprie Guillelmi filii eius hoc concedo et confirmo. # Signum mee proprie manus papa Iohanne filii Adam nepos eius hoc confirmo. # Signum mee proprie manus Antera ... istius presbitero hoc concedo et confirmo. In nomine Dei eterni ac salvatoris domini nostri Ihesu Christi anno dominice incarnationis eius Millesimo Centesimo Octuagesimo quinto. Mense iulii indictione tertia et vicesimo nono die et in solennitate beatorum apostolorum PetrusPetri et Pauli.

Ego Iohannes archipresbitero Kurizosimi qui mea propria manus sancte et honorifice crucis in capite huius libellus expressi mea spontanea ac bona voluntate sine ingenio et ulla fraude una cum filio meo Guillelmo supra dicto cum aliis filiis et heredes mei meorum do et oblacionem facio ecclesiam Sancti Petri Canacari in monasterio Sancte Marie Kurizosimi in persona domno Petracce eius monasteri venerabilis priori cum omnibus vineis arboribus et sepibus terris domesticis et salvaticis et toto suo iusto tenimento hoc tenimento per fines et limites terminato a partem oriente terras a meridiem et septentrionem tenimentum ...oha super signato ab occidente nostram magnam et puplicam ab aquilone terras domni Aberti Noy ... hec oblatio facta et concessa coram mi h...cibus iudicibus probis hominibus et testis subnotatis et pro delictorum nimium meorum et remissionem omnium peccatum meorum vivorum ac mortuorum tali uno tenorem ut si ego vel alicui heredem mei meorum hunc brevem inrumpere vel violare voluerit volo et ... ut componat regales sexaginta in cavense monasterio cuius monasterio prenominato

subiecto est penaque persoluta brevem hunc firmum et stabilem permaneat. Insuper habeat partem et societatem cum vi... .. et cumnaticis fiat enim sua persona excoconicatis ego Iohannes indignus presbiter possum ac maledicere donare suis autem noluerit accipe et taliter te Guillielmum notarium ... rogavimus.

Ego Guilliello notario rogatu ... eis scripsi. # Signum mee proprie manus ... Napolitanus ... interfui testis sum # Signum mee proprie manus Al... .. testis ... # Signum mee proprie manus Na... .. testis sum # sottoscrizione in greco # sottoscrizione in greco # Signum mee proprie manus P....